Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6563
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



de contingenti sic Contingit nullum hominem
esse album Necesse est omne risibile esse ho
minem conclusio ergo contingit nullum risibile
esse album Si vero negativa ponitur sit
necessaria affirmativa vero contingens
sequitur due conclusiones Aliqui de con
tingenti aliqui de necesse quod patet
Nam opposito primarum conclusionum cum
altera premissarum infertur oppositum alte
rius premisse Hoc autem quare verum con
clusio sequitur est Nam negativa de necesse
non solum dicit predicatum non inesse sub
iecto sed etiam non posse inesse Unde simil
sicut quod subiectum non sit predicatum non pos
sit inesse Unde cum aliquid ponitur con
tingenter sub tali subiecto sicutur quod tale p
dicatum removetur ab eo actu quod contingit
ponitur sub subiecto Et sic est conclusio de con
tingenti quia quod actu contingenter removetur
facit enunciationem contingentem Confirmatur quod
quod nullo modo possit sibi inesse et non solum
contingenter non inesse vel nullo modo inesse Et
sic fit enunciatio de necesse In secunda autem figura
in tribus primis modis negativa existente
de necessario affirmativa vero de contingenti
sequitur etiam duplex conclusio sicut de
contingenti et de necesse quia per conversionem ipsi
necessarie reducuntur ad primam figuram In qua
to vero modo affirmativa existente de contingenti
negativa vero de necessario vel econverso
in utrobique erit conclusio In tertia vero figura quin
tum ad syllogismos affirmativos universales
habetur ambas propositiones maiorem existente
de contingenti minorem vero de necessario se
quitur conclusio de contingenti Quinta ergo
modus fit syllogismus in prima figura Et in